

Procuremos, amados mios, obrar del mismo modo cuando nos encontremos en análogas circunstancias. ¿Imitase nuestro enemigo

ad credendum permovendos fuisse; « Paralyticum sanavit, et non crediderunt, innumera operatus est, et in ipsa passione stravit eos supinosi et visum abstulit, et non crediderunt, et quomodo si id fecisset, credidissent? Animo enim desperato nihil pejus, quamvis signa, quamvis signa, quamvis miracula videat, in eadem perstat pertinacia. » Albertus Magnus hanc Christi fugam nequaquam ejus ignaviae attribuendam esse monet: « Non timore mortis; quia crucifixoribus occurrit: neque impotentia resistendi, quia uno verbo in inferno omnes præcipitare potuit; cedens furori usquedum veniret hora passionis, docens nos furore hostium pro tempore declinare. » Beda quoque idem tetigit documentum, dum ait: « Cur abscondit, nisi quod homo inter homines, et factus Redemptor noster alia nobis verbo loquitur, alio exemplo? Quid autem nobis exemplo loquitur, nisi ut etiam cum resistere possimus, iram superbientium humiliter declinemus. » Nec timendum est inde nostram lædendam esse existimationem, quia ut ait s. Gregorius: « Imitatione Dei gloriosus est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare. » Imo ipse quoque Seneca licet ethnicus dicit: lib. 2. de ira c. 34: « Pusilli hominis et miseri est, repetere morden-tem, mures et formicæ, si manum admoveris, ora convertunt, imbecilliora se lædi putant, si tangantur. » Chrysologus dicit: « Deus quando fugit hominem, sacramenti est, non pavoris. » S. Bonaventura alias adfert fugæ hujus rationes; dicit enim Dominum fugisse: « Ex humilitate, et ad ostensionem suæ veræ humanitatis, et exempli exhibitionem, declinandi malitiam superbiorum, et ad exemplum patientiæ in sustinendo injurias. » Salmeron in hoc facto duas sententias verificari notat. Prima videlicet: « *Doctrina viri per patientiam noscitur.* Prov. xx, 3. Secunda vero: « Honor est homini qui separat se a contentionibus sunt enim (inquit ulterius idem author) qui dedecori ducunt, non semper responsare et replicare, ut ita ignem iracundiæ et contentionis ascendunt, et ut dicitur, nimium altercando amittitur veritas. » S. Thomas in Joan. alia duo fugæ hujus tangit mysteria, nimirum: « Ut daret fidelibus suis exemplum declinandi persecutores suos. Secundo, quia non elegerat hoc genus mortis, sed potius in ara Crucis voluit immolari, et quia mundum impletum erat tempus, adhuc fugit. » Idem

contra nosotros y nos amenaza con entregarse ó ejecutar un crimi-

quoque S. Doctor Christum se in virtute divinitatis suæ, suis se inimicis invisibilem reddidisse asserit: « Non autem abscondit se sub lapide, vel in angulo, sed potestate suæ Divinitatis invisibilem se eis exhibens exivit et recessit. » Cajetanus quoque ait: « Redditus est invisibilis ab eis »; id quod Jansenio occasionem dedit dicendi: « Qui jam verbis suam aperte significavit Divinitatem, eandem re ipsa ostendit, cum abscondit se ab eis, reddendo se illis invisibilem. » Dionysius Carthusianus hanc absconsionem duobus modis interpretatur: « Dupliciter potest intelligi; primo quod percussit eos cæcitate, qua aliquid non videtur, cum alia videtur; vel si videtur, non agnoscitur secundo quod JESUS divina virtute fecit, ne color corpori sui immutaret visum Judæorum. » — Quod ad sensum moralem vero S. Bonaventura observat, Salvatorem, qui est is de quo scribitur: *Ego sum veritas*, esse abscondisse, ad designandum, quod eis veritas absconditur, qui ejus verba contemnunt. — Salmeron alio modo hanc fugam ponderat, dicit enim: « Cavendum nobis est, ne dum Christus per seipsum, vel per Ecclesiam, vel per angelos et prædicatores nos alloquitur, ne inquam lapides tollamus, ne inquam dura corda assumamus, quæ nec beneficiis molliantur, vel flagellis frangantur, nec lumini Dei cedant, quibus dicitur, Ps. xciv, 8: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra*, nam Christus abscondit se ab induratis. » (MANSI, loc. cit.). — JESUS autem abscondit se. 1º Dominus cum ad alios juvandos miracula innumero faceret, pro se miraculorum potestate non utitur: ut exemplum nobis præbeat perfectæ charitatis, aliorum commoda magis curantis quam sua. Quo exemplo ducti, hominis pii in se ipsos rigidi, erga alios benigni esse solent. — 2º Docet, non esse semper suo jure aut accepta potestate utendum; sed aliquando opportune ac discrete eam dissimulandam, tolerando multa in qua statim animadvertere non expediat, et *dando locum iræ.* Rom. xii, 19. — 3º Docet proprias injurias vi potestatis non ulcisci: quum enim Judæorum lapides in illos reflectere potenter potuisset, humiliter eos declinare maluit. — 4º Docet declinare et fugere nos posse injustam et violentam persecutionem, maxime personalem. — Hæc omnia nos suo ignominioso, ut carnali homini videri potest, discessu, altissima Dei sapientia docuit, (SCHOUPE, loc. cit.). — Pasim nos docent sacræ Scripturæ, quod in persecutione

nal intento? Retiremonos y dejemos que su ira se modere<sup>1</sup>, segun el consejo que nos dá san Pablo. Tal vez tachen las gentes del mundo de cobardia nuestra conducta. Mas, consolemonos pensando que hemos impedido el que se infiera á Dios una nueva ofensa y quitado á nuestro hermano la ocasion de ser culpable gravemente. Esto es lo que hizo en una ocasion san Sabas. Maltratado por algunos de sus monges porque la extrema austeridad de su vida era un constante reproche á su tibieza, salió del monasterio y se retiró al desierto. Y preguntado porque habia preferido marcharse en lugar de despedir á aquellos discolos monges, contestó: He aprendido de mi Maestro á resistir á los demonios pero á ceder á los hombres. La razon de esto es, no sea que nuestro enemigo estando furioso no tema ofender á Dios con tal de hacernos daño. Por lo tanto hay que quitarle la ocasion, apartando el objeto de adelante de sus ojos.

III. *Misterio que encierra la salida de Jesus del templo.* — Grande es este misterio. Este salida de Jesus del templo representa, en efecto, el abandono en que dejó definitivamente al pueblo judío, sordo y rebelde á todas sus invitaciones, para ir á vivir entre los Gentiles, entre los cuales su voz habia de ser bien recibida. Y tan perfectamente ha abandonado Jesus al pueblo judío, que desde entónces inútilmente le han buscado y le buscan aún estudiando su ley y leyendo las profecias; ya no le han encontrado. Así es que ese pueblo, á pesar de las pruebas á que se vió sujeto á causa de sus infidelidades, era en otros tiempos el mas feliz de todos porque poseia á Dios y hoy, despues de haberle abandonado Jesus, es el mas

oassim nos docent sacræ Scripturæ, quod in persecutione licet nobis fugare. Sic Jacob consilio suæ matris, fugit suum fratrem Esau; fugit et Moyses propter Pharaonis timorem; fugit et David Saulem; fugit Elias propter insidias Jezabel; fugit et Joseph ab angelo monitus in Ægyptum, ne Christus ab impio Herode trucidaretur; arripuit et fugam Paulus, cum in Damasco a principe gentis quæsitus, de muro in sporta demissus est. (EISENGREIN, *Postilla cath. dom. V. Quadrag.*).

1. Rom. xii, 19.

desgraciado de la tierra. Su templo abandonado por Jesus ha sido destruido hasta en sus mismos cimientos y no será ya reconstruido jamas, y sus hijos diseminados por los cuatro vientos, esto es, por todas las naciones, carecerán para siempre de patria<sup>1</sup>.

Pero no nos entristezcamos tan solo con la desgracia del pueblo judío que muy merecida tiene. Porque su triste y lamentable estado no es mas que imperfecta imágen del mas triste y lamentable todavía en que se encuentra un alma que por sus infidelidades frecuentes y su incurable endurecimiento ha merecido que Jesus la abandone. Este sí que es el colmo de la desgracia, no hay otra que mayor sea. Lo que hace que el mismo infierno sea tan espantoso, es que Jesus no está allí. Del mismo modo que los Judíos el alma á quien Jesus abandona, agitase en el mas espantoso vacio, sobre todo porque Jesus no está con ella; recuerda los dias felices en que Jesus la acompañaba y busca angustiada algo que pueda llenar el vacio de su corazon. Pero no encuentra nada; porque el corazon del hombre fué creado para encerrar á Dios y nada mas que Dios puede llenarlo: *Me buscaréis y no me hallaréis ya*<sup>2</sup>. Este espantoso oráculo realizase, en cierto modo, en el alma abandonada por Jesus. Si no es, en verdad, á Jesus mismo á quien busca esa alma, es por lo ménos á su equivalente es decir, busca algo que pueda reemplazarle. Pues bien el Salvador mismo lo ha declarado solemnemente, no encontrará nada: *Me buscaréis mas no me hallaréis.* ¿Querémos evitar tan gran desgracia? Pues no abusemos de los dones de Dios y no obliguemos con nuestra malicia á que Jesus nos abandone. Vino expresamente á salvarnos. Si nos abandona, no es

1. *Exivit de templo.* Designans derelictionem illorum, inquit Albertus Magnus, et transitum ad gentes. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Matth. xxiii, 38. — Rupertus Abbas Tuitiensis considerat, quod infortunia, quæ ipsis deinceps obvenerunt, satis illos a Deo derelictos et abjectos esse subindicant: « Mala sub sequentia probaverunt vere de templo illo exiisse, et de civitate illa abiisse JESUM. » (MANSI, loc. cit.).

2. Joan. vii, 34.

sin haber constatado superabundantemente nuestra resistencia, á sus invitaciones. No resistamos á su invitacion, escuchemosla dócil y apresuradamente y Jesus no nos abandonará <sup>1</sup>.

*Conclusion.* — Acabamos de ver, amados hermanos míos, que la causa de la extremada malicia de los Judíos que les indujo á apedrear al Salvador, provenia de la obstinacion con que habian rechazado toda clase de invitaciones que se les habian hecho para creer en Él, y todas cuantas pruebas proporcionadoselos habia para demostrarles su divinidad. Hemos visto despues que si el Señor se ocultó á sus perseguidores, no fué por miedo que les tuviese, sino en primer lugar porque no queria morir apedreado; despues porque juzgó inútil, para librarse de su saña, ejecutar un nuevo milagro, y ultimamente porque quiso evitar la ocasion de que cometiesen un crimen que no habia de ser provechoso á la redencion del género humano. Hemos visto, en fin, que la salida de Jesus del templo significaba que abandonaba al pueblo judío para ir á reunirse con el Gentii. Pero ademas de todo esto hemos visto tambien que esos hechos y misterios encierran lecciones de grandísima importancia para nosotros. Esas lecciones sobre todo son las que no hemos nunca de olvidar. Recordemos pues con frecuencia que como el abuso de la divina gracia puede endurecer nuestro corazon hasta el extremo de hacernos cometer los mayores crímenes, debemos recibir siempre con agradecimiento las gracias que el Señor nos envia y sacar de las mismas el mayor provecho posible. Recordemos tambien que si tuviésemos la desgracia de caer en el endurecimiento y que Jesus se apartase enseguida de nosotros, no podríamos quejarnos porque al obrar así el Señor, sería por justa causa y

1. *JESUS autem abscondit se, et exivit de templo.* Grandius infortunium contingere non posset orbi, quam si lucidissimus mundi oculus sol extingueretur. Heu! quanta in tenebris confusio, quantum in actionibus humanis chaos, quanta in terra sterilitas, quanta in civitatibus et regnis consurgeret tristitia et lamentatio. Idem proportionaliter infortunium contingit peccatrici animæ, a qua Christus cum sua gratia recedit (CLAUS, *Spicileg.* Index conc. Dom. Pass.).

aún tambien por misericordia. Recordemos por último que, cuando Jesus, despues de apartarse de un alma acaba por abandonarla por completo es la mayor de las desgracias que pueden acaecerla. ¡Oh! qué terribles lecciones! Una vez mas, repito, no las olvidemos, amados míos, y sobre todo pongamoslas por obra. Y Jesus cuya palabra habrémos tambien fielmente guardado, observando todos sus preceptos, nos libraré, segun sus promesas de la muerte eterna <sup>1</sup>, y nos recibirá por el contrario en su bienaventuranza y en ese

1. *Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.* Ut vita est quædam indifferens quæ nec bonum est nec malum, quam degere dicimus et impios, et animantia expertia rationis: et alia differens, sed bonum, de qua ait Paulus: *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Coloss. III, 3; et ipse Dominus noster de se: *Ego sum vita,* Joan. XIV, 6; sic contrarium indifferentis mortem indifferentes dices; inimicam autem ejus qui dixit: *Ego sum vita,* improbam quandam et gravem acerbamque mortem? qua qui moritur, in morte est, de qua scriptum est: *Novissima inimica destruetur mors.* I. Cor. XV, 26. Existimandumque est Apostolum hæc de hoc mortis genere dicere: *Propterea sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, et per peccatum mors; et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum enim non imputabatur, cum lex non esset, sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adam.* Et paulo post: *Si enim unius delicto mors regnavit per unum; quanto magis abundantiam gratiæ et donationis et justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum JESUM CHRISTUM?* Rom. V, 12 et seq. Quæ est enim mors quæ per peccatum in mundum intravit, nisi extremus Christi hostis, qui delendus est? Quæ etiam mors ad omnes homines pervenit, quod omnes peccaverunt, nisi hæc ipsa, quæ etiam ab Adam ad Moysen dominata est? Moses autem, id est, lex usque ad Domini nostri JESU adventum stetit, uniusque peccato dominata est per unum, quoad ii qui gratiæ justitiæque abundantiam et copiam consecuti sunt, unius JESU CHRISTI beneficio in vita regnent. Hanc ergo mortem nunquam videbit is qui unigeniti et primogeniti omnis creaturæ, naturæ Verbi paruerit, quæ vim arcendæ mortis habet. Ita autem illud accipiendum est: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit*

paraiso de los cielos donde como Abraam nos venmos colmados de gozo al contemplarle<sup>1</sup>, Amen.

*in æternum*, ut si is qui hæc ait, concessa luce iis qui audiebant, eis diceret: Si quis meam hanc lucem custodierit, tenebras nunquam videbit. Neque enim ei qui lumen servet tenebræ possunt contingere. Si quis autem lumen hoc amisit, tenebras videat. Sic ergo in Verbo etiam quod in principio apud Deum erat, vita facta est. Itaque principium, id est, sapientia, quæ ait: *Dominus creavit me principium viarum suarum ad opera sua*, Prov. VIII, 22, de Verbo, quod in ipsa est in quo facta est vita, docebit et dicet: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum*. Simul enim aliquis et Verbum, et vitam quæ ab eo separari non potest, et in eo est facta, servabit: quæ quidem simul et lux est hominum, quæ in tenebris lucet, et ab eis non comprehenditur. Si ergo quasi interrogans propheta dicat: *Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem?* Ps. LXXXVIII, 49, respondebimus docti et instituti a Servatore nostro, dicemusque hominem esse qui vivet, nec mortem videbit, eum qui Verbum servavit ejus qui dixit: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum* (ORIG. in Joan. VIII). — *Mortem non videbit in æternum*. 1º Quid promittit Dominus? Immortalitatem, seu æternam vitam, tum secundum animam, tum etiam secundum corpus. — 2º Qua conditione promittit? Ea conditione ut servetur sermo ejus, id est, ejus lex et doctrina, per breve spatium præsentim vitæ. *Momentaneum et leve tribulationis nostræ... æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. II. Cor. IV, 17. — 3º E contra, quicumque sermonem Domini non servaverit, mortem videbit in æternum (SCHOUPE, *Evang. illustr. Dom. Pass.*).

1. *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbunt in æternum*. Judæi autem ex his verbis Domini volentes ostendere eum habere dæmonium, dixerunt: *Abraham mortuus est et prophetæ*, sed fundabant rationem suam super falsum, scilicet quod Christus dixisset de morte temporali, qui tantum intellexerat de morte æterna. Et post pauca subjungit: *Si ego*, scilicet solus, sine Patre meo, *glorifico meipsum*, scilicet inaniter, et quæro gloriam meam præter regulam divinæ veritatis, ut vos mihi imponitis, *gloria mea*, quam dicitis meam, *nihil est* et falsa, quia falsum est non ens, et nihil. Gloria mundi nihil est, quia est fumus transiens, et ventus tumens, et ad nihil culpæ et ad infernum

deducens. Sed gloria mea est a Deo Patre a quo nullum falsum potest esse: *Est enim Pater meus substantialis, qui glorificat me* voce et per miraculorum operationem et postea glorificabit per resurrectionis et ascensionis gloriam, *quem vos dicitis: Quia Deus noster est*, per operum imitationem; sed hoc est falsum, quod probat, dicens: *Et non cognovistis eum*, scilicet per fidem formatam, in qua consistit Dei filiatio per adoptionem. Et quia dicentes: *Numquid tu major es patre nostro Abraham?* reputabant Dominum eo minorem, ideo ostendit se esse majorem quam Abraham, quia Abraham ab eo, tanquam a majore, bonum redemptionis expectat sibi promissæ. Unde dicit: *Abraham, pater vester*, secundum carnem, de quo scilicet gloriamini, credens *exsultavit* in spiritu sperando, *ut videret diem meum* intelligendo et cognoscendo tantum mysterium, quia desideravit cognoscere tempus adventus Christi, quod est videre Christum in spiritu; *et vidit* in figuris et fide diem æternitatis et diem futuræ temporalis meæ nativitatis, quando in figura trium angelorum, sibi apparentium, cognovit Trinitatis mysterium; et quando dictum est ei: *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*; et in oblatione Isaac, in loco qui ideo dictus est *Dominus videt*, quia Dominus fecit Abraham videre occultum Christi mysterium; *et gavisus est*, propter beneficium a me, ut a majore, sibi promissum. Ineffabili namque gaudio exsultare potuit, quando et Verbum apud Patrem manens, et idem aliquando in carnem venturum, non de Patris gremio recessurum perspexit; quando eum de stirpe sua nasciturum prævidit, per quem non solum ipse salvaretur, sed etiam totus mundus redimeretur, et facta ejus de Christo repromissio impleretur (LUDOLPH. *Vita D.-N. J.-C.* p. 1, c. 84, n. 10). — *Vidit et gavisus est*; et nos, quicumque post Christi adventum nati sumus, nonne vidimus, nonne videmus in effectibus, in Ecclesia miserabiliter ab ipso ædificata. *diem Domini?* Utique manifeste *habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus*. Cur ergo non in eo gaudemus, qui omnis lætitiæ causa est, medela omnis infirmitatis nostræ?... *Ego autem Domine gaudebo, et exsultabo in Deo Jesu meo*. Habac. III, 28. (SCHOUPE, *Evang. illustr. Dom. Pass.*).